



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De obligatione blasphemii, & audientium illum, & de eorum iudice. §. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

executioni mandetur, Lessius dist. capite 45. dub. 5. numer. 30.

7. In secundo genere blasphemiarum ponuntur ea, que indecoris, & inhonoris Deum nominant: si enim per modum irrisonis, & conuicij Deum voces sapientem, & iustum, blasphemiam committit. Et idem est, si quaeunque res sacras irratorie tractet, cum enim omnia haec summa laude digna sunt, si loco laudis irrisorium facias, blasphemus eris: sic narravit Sanchez lib. 2. in decal. cap. 32. num. 21. & 22. Ad hoc genus reducitur iuramentum per pudorem Christi Domini, & iactorum: quia ex modo iurandi intendit sic iurare contempnibilem, & despiciabilem Christum Domini facere ob illas partes, cum tamen ob illas, viptate naturales contemni non debat: sic Navarr. cap. 12. num. 85. Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 9. c. 28. quæst. 3. & lib. 11. cap. 3. quæst. 2. Suarez r. 1. de Relig. tract. 3. lib. 1. cap. 4 n. 8. & 9. Valen. 2. 2. q. 13 p. 1. vers. item potest. Farinac. lib. præx. q. 5. num. 21. Sanch. lib. 2. cap. 32. n. 28. Nominare autem, vel iurare per membra Christi honesta, iicitur per eius caput, corpus, & sanguinem, blasphemia erit, si per modum contemptus proferatur eaque de causa lex. 6. tit. 4. lib. 8. noua compilat. mandar sic iurantem penitus blasphemari plecti. At si non per modum viuiperij, & conuicji sed magna veritatis exaggerationem haec verba vspurpentur, blasphema non erunt, & forte culpa cebentur: quia neque in substantia, neque in modo dicendi Deo ignominiosi sunt: sic Syntet. verbo iuramentum sine. Valen. 2. 2. dub. 6. q. 7. p. 3. vers. si verb. cap. 13. num. 3. ad finem. Bonac. disput. 3. de primo decal. præcepto q. 8. p. 2. num. 4. Ex quo fit non esse blasphemiam, si ex ita in aliquem dicas: Corpus Dei cum tal homine, Vulgo, Cuerpo de Dios con tal hombre, quia verba illa vera sunt, & modus dicendi non videbit Deo consumeliosus: solum enim significans te velle, ut corpus Dei illum hominem poniat, & male factum vindicet. Secundum vero est dicendum, si ex ira & passione in Deum talia verba profertis: quia summa est blasphemia aduersus Deum irasci. Sic Valeat. 2. 2. q. 13. part. 1. vers. sed tamen illud. Sanch. lib. 2. 2. 3. 2. n. 30. Bonac. p. 2. n. 4. Navarr. cap. 12. num. 85. & alij. Video tamen plures, grauissimum quo Doctores apud Farinac. lib. 1. præx. q. 20. n. 18. quos ipse sequitur affirmare blasphemia esse illa iuramenta per Corpus Dei, per eius sanguinem, per caput, per capillos, per pedes, &c. Qui donatus Deum in sua diuinitate haec membra habete. Deum namque absoluere prolatus non pro Christo, sed pro tota Trinitate sumitur, & consequenter iam attribuitur ei quod non habet: & fater cap. si quis per capillum 22. q. 1. At quod dixi magis placet, non est inveni blasphemam, si cum reverentia dicantur: quia postquam verbum Dei caro factum est, cum haec membra Deo tribuantur, supponit Deum non pro tota Trinitate, sed pro leunda persona Trinitatis humana, ut alii plures Doctores apud Farinac, supra defendant.

7. Sed quid dicendum de iuramento per intermissionem Deipara virginitatem? Aliqui exiftimant esse blasphemum: Tum quia videtur esse iuramentum execratorum, atque sanctissimam Virginem defecitione subiici, si res aliter sit quam enunciatur. Tum quia irreuecent eius lexus nominatur: Sic Couart. de Patis 1. p. 9. 7. n. 9. vers. decimo. Menoch. lib. 5. de arbitrio. cap. 375. n. 5. Azebedo lib. 8. recopil. tit. 4. de leg. n. 13. At placer mihi sententia Sanch. lib. 2. in decal. c. 32. n. 32. negans esse blasphemiam: quia ibi nec beatissima Virgo, nec eius Virginitas execratur, neque aliquid illius ignominiosè tractatur, sed Deus in illa fideliter in testem adducitur; sicut si per nativitatem Christi, cuique mortem iurares, quod absque illa blasphemia, imo & peccato fieri potest.

9. Tandem dubitamus; an omne iuramentum falsum, vel iniustum blasphemum etiam sit. Negant Sanchez. lib. 2. c. 32. n. 33. cum D. Thom. 2. 2. q. 13. art. 3. ad 2. quia sic iurans non testimat Deum esse possit falsitatem testem, aut iniustitiam assertorium: neque id intendit; sed potius sperat Deum non esse testificatum super illa re, per aliquod evidens signum. Ceterum pro contraria parte me ratio virgo: qui enim falsioratur, Deum testem, conformatorem falsi facit, & qui in iurata contra iustitiam, Deum proponit assertorium iniustitiae. Ergo illis verbis Deus tribuitur, quod nulla ratione conuenient potest. Ergo sunt blasphemia: scilicet claris verbis dices, Firmiter Deus tu testimonio hanc falsitatem, vel iniustiam blasphemus es, sed eisdem sensu habent falsa, & iniusta iuramenta. Ergo sunt blasphemia. Neque obstat, quod spes nunquam Deum assertorum esse faictam aut aliquo signo esse falsitatem manifestatur sufficit si eam assertorium, & testificationem, assertoriumque peccat. Proposui dubium, tibi de cendum reliquo.

De obligatione Blasphemi, & audientium illum, & de eorum iudice.

SUMMARIUM.

- 1 Obligatur blasphemus penitente de crimine commisso.
- 2 An blasphemans ex consuetudine sit ab oluendus?
- 3 Audientes blasphemum nullum alia obligatione corridenti renentur propter iure naturali impostum.
- 4 Obligantur denunciare blasphemum, sed fernanda sunt regula tradita tract. de correxit.
- 5 Hereticus blasphemia inuidicibus fidei sunt denunciantur, non hereticis Episcopo; vel facultati iudicii, si laicus sit blasphemus.
- 6 Si unus index procedit, & paenam delicto adequatam imponit, non potest aliis procedere.

Obligatio blasphemi ea est, vt de commisso criminis pœnitentiam agat, & scandalum datus, (si quod fiat,) faciat: quod maxime procedit in eo, qui consuetudinem blasphemandi habet: is enim sub gravi culpa hanc peruersam consuetudinem extirpare tenetur, esto blasphemias indeliberae pronunciet; quia blasphemia indelibera tametsi mortali culpa vacent; et quod non sunt voluntaria, ut actus in se, & materialiter Deo sunt iniuriosæ, & alii scandalosæ: eaque de causa tenetur sic diligenter facere eas vitandi, alias ut effectus inordinatis illi erunt voluntaria, quod sufficit, ut peccato mortali maculent, ut bene docuit Lessius lib. 2. de iust. cap. 45. dub. n. 30. fine.

2. An autem sic ex consuetudine peccandi neganda sit absolutione in sacramento pœnitentia, vel differenda? Dixi tract. de iuram. vbi de consuetudine iurandi: ibi enim resoluti cum Sanch. lib. 2. in decal. c. 32. n. 45. posse. absolu, si vero de peccatis dolet; tametsi alius vicibus montius emendatus non fuerit; quia nulla occasione extrinseca tenetur, quam debet expellere. An vero sit constituta absolutionem differre prudentis confessori arbitrio relinquitur, qui ex circumstantiis colligere poterit; an profutura, an nocitura si pœnitenti talis dilatio; consentit Azor. lib. 9. c. 28. q. 18. Pœnitentia autem pro hoc criminis a confessore imponenda arbitrio confessori relinquitur, tametsi Concilium Lateranense sub Leon X. sif. 9. dictat grauissimam pœnitentiam esse blasphemio imponendam, antequam absoluatur; quia in hac parte non est illud decreatum receptum. Azor. 1. instit. moral. lib. 9. cap. 28. q. 9. Suan. lib. 1. cap. 7. num. 2. fine.

3. Ex parte vero audientium blasphemum duplex esse potest obligatio. Prima corridenti blasphemum, Secunda cum iudici denunciandi. Circa primam obligationem dubitari potest, an ultra fraternal correctionem iure naturali diram, debeat audiens reprehendere blasphemantem, sive blasphemus illa reprehensione emendandus sit, sive non? Et ratio dubij est; quia in Concilio Lateranense sub Leon X. sif. 9. dicitur. Quicunque blasphemantem audiencie eum acriter verbis obingare tenetur, si circa periculum suum id fieri posse contingat; sed acris obiurgatio non videtur esse fraternal correctionem ad emendationem delinquentis directa, sed potius ad illius punitionem, & in audiencie satisfactionem. Ergo audiens blasphemum non satisfaci si fraternal corrigat. Item fraternal correction est iuratus admonitio, non acris reprehensione. Deinde ad obiurgandum blasphemum, solum petit Concilium, ut obiurgans circa periculum suum id facere possit, non autem petit, ut credit de iudicente emendandum esse. Ergo illa obiurgatio non tam in correctionem delinquentis, quam in reparationem honoris diuini leui mandatur. Ergo absque spe emendationis debet adhiberi; & ita tenet Navarr. sum. cap. 12. n. 83. Ludou. Lopez l. p. institut. cap. 51. paulo post princ. Petri, de Ledesma. 1. 1. similitud. 1. cap. 9. fine. Lessius lib. 2. de iust. c. 45. dub. 5. in fine. Fator tem. effe dubiam, an Concilium voluerit ius non iurare statuerit, an potius obligationis naturalis recordari, & confirmare, qua publice peccantes arguere, & obiurgare teneatur, si ex obiurgatione fructus speratur. Neque obstat quod expressè huius fructus non meminerit. Non enim meminerit; qui in omni correctione supponeretur ut claram, ad illius obligationis fructum debere sperari. Sed concessio in supradicto concilio ius nonum statui, mandante audiencibus, ut blasphemantem obiurgent, & reprehendant, tametsi emendandus non sit, teneo consuetudine hoc decretum abrogatum esse; ac proinde audiencies non altingi alia obligatione praeter charitatis obligationem, qua debent peccantem corriger, si ex correctione fructus speratur: sic Azor. 1. 1. instit. moral. lib. 9. c. 28. q. 9. Sanch. lib. 2. c. 32. n. 46. Bonac. dub. 3. de primo decal. præcepto q. 8. p. 1. vers. addo. Vnum tamen est omnipotens iuramentum honor diuinus peccantem ob blasphemiarum receptionem.

De Tentatione Dei, blasphemia, Sacrileg.

310

ceptionem, & tu commodè potes illum defendere obiurgatione, & reprehensione delinquentis, ex precepto Religionis, vel charitatis obligaris; quia obligaris hac mala auertere, & Deum innocentissimum defendere, quod fieri possit. *Sic Sanch. lib. 2. in decal. c. 35. n. 9. post med. Aegidius de Coninch. disputat. 28. de correct. frater. dub. 1. n. 4. & dubitat. 6. num. 108.*

4. Circa secundam obligationem de denunciatione facienda iudicii confitans est omnium sententia, audientes affici: quia sic cautum est in supradicto decreto Concilii Lateranensi, & à Julio III. in sua constitutione, qua incipit in multis, in quam mandatur audiencibus, ut omnia triduum denunciationem faciant; alioquin pena blasphemie subdantur. Dubium tamen est; an premittenda sit correctione fraterna, si per hanc speratur emendatio? Placeat mihi premittendam esse; quia in hac denunciatione facienda principiū attendunt delinquentis emendatio, & periculorum impeditio. Si ergo hic suis fraterna correctione obtineri potest, non licet iudiciale facere; quia curandus est proximus ea minori iactura, qua fieri possit: *Sanch. alii relatis lib. 2. in decal. c. 32. in fine. Bocat. disp. 3. de primo decal. precepto q. 8. p. 1. in fine.*

5. Sed inquires, quibus iudicibus haec denunciatio facienda est? Respondeo: illis esse faciendam, quin hoc crimine procedere possunt. Hi sunt Inquisitores hereticorum prauitatis, si blasphemia hereticorum sit; quia de his blasphemis ipsi solum cognoscunt, & in aliis blasphemis non se posunt immittere. *Sanch. lib. 2. cap. 32. n. 37. Azor. lib. 9. c. 28. q. 5. Farinac. prax. q. 20. n. 39. Salzed. prax. cap. 113. ver. quandoque tamen. August. Barbol. 3. p. de pœnit. Episc. alleg. 50. n. 39. Eymeric. 2. p. direct. q. 41. n. 2. & ibi Pugna com. 66. & alij apud ipsos. Quid si blasphemia non sit hereticorum eius iudex est Episcopus ram clericorum, quam laicorum. Laicorum autem est etiam sacerdotalis iudex, inter quem, & Episcopum datur praeventio: tradunt Doctores in c. 2. de maladictis, per textum ibi. *Couart. cap. quamvis pactum de paciis. 1. §. 7. n. 12. Azor. Sanchez Salzedo. Farinac. Eymeric. & Pugna supra. August. Barbola. num. 93. & seqq.**

6. Cognito tamen viuis iudicis, & pœnit impositio in delicti mixta fuit, si delicto adaequata fit, impedit quod alius index procedat: at si inadaequata sit delicto, non tollit, quin alius iudex procedere quoad condigna pœnit impositiōnem possit: *si Farinac. q. 20. n. 39. Couart. 2. præl. cap. 10. n. 6. Anton. Gom. 1. 3. var. c. 1. n. 40. Pugna 2. p. direct. schol. 20. colum. 5. August. Barbol. 3. p. de pœnit. Episc. alleg. 50. n. 35. Bobadillo polit. lib. 2. c. 17. n. 98. & c. 18. n. 234. Salzedo præl. c. 133. & alij apud ipsos.* Verum cum pœnit ex circumstantiis occurrentibus sum perfona, sum delicti sapientia minuantur, rato potest iudex sacerdotalis causam ab Ecclesiastico decisam, vel è contra Ecclesiasticus causam a sacerdotali decisam assumere iudicandam prætextu quo recte iudicata non fuerit, neque condigna pœnit pro delicto imposta; quia semper præsumendum est recte fusile iudicatum. Et in casu dubio iudicii decidenti item standum est. Neque alius contrarium declarare poterit: si alius non solum iudex erit delinquens, sed & iudicis. Colligitur ex Barbola supra. Vnde Farinac. q. 4. n. 7. & seqq.

§. V.

De pœnis blasphemie impositis, vel à iudice imponendis.

S V M M A R I U M .

1. *Ipsa iure nulla est, imponenda multiplex, tam ciuilis, quam iure canonico.*
2. *Pro hereticis blasphemis abiuratio indicitur tanquam de hereti suscepit.*
3. *Pro aliis seruanda est Constitutione Pij V.*
4. *Iudex attendere debet qualitatem delicti, ut augeat, vel minuat pœnam.*
5. *Quid si delinquens incontinenti blasphemiam retrahatur, nulla, vel leuissima pœna sufficiendus est.*
6. *Blasphemus condemnatus à testimonio dicendo non repellitur.*

1. *Ipsa iure nulla est huic criminis pœna imposta, vt benedictus aduentus Suar. t. 1. de relig. tract. 3. lib. 1. c. 7. imponenda tamen à iudice multiplex est tam iure ciuilis, quam canonico.*

Iure namque ciuilis blasphemis erat antiquius pœna mortis imposta: iuxta Authent. vt non luxurientur, s. præterea, collat. 6. & ibi Bart. Angel. Giofa, & communiter Doctores, vt testatur Menoch, de arbitrat. casu 375. n. 25. Couart. in cap. quamvis pactum de paciis, 1. p. §. 7. n. 10. Iulius

Clar. in præf. §. blasphemie. vers. sed quod in princ. Farinac. lib. 1. præ. tit. 3. q. 20. num. 3. Sed haec pœna non habet locum nisi in blasphemante ex confutudine, vt tradit. Menoch. n. 26. Farinac. n. 41. Couart. n. 10. fine. Quam confutudinem non inducit binus, vel temus actus, sed plures requiruntur, vt alii relatis Farinac. n. 43. August. Barbol. 3. p. de pœnit. Episc. alleg. 50. n. 101. Verum iam haec pœna mortis confutudine abrogata est, vt alii relatis docet Menoch. de casu 375. n. 26. Farinac. n. 64. Iure canonico varie pœna imposita sunt, hinc in cap. 2. de maladictis, pro clericis, in cap. si quis per capillum, 22. q. 1. vbi afficiuntur pœna depositionis sed in Concilio Lateran. sub Leone X. dicta sess. 9. & in confirmatione Julii III. qua incipit, in multis depanariis, & in alia Confirmatione Pij V. incipiente, cum primus Apollonius, quoniam tenorem refert Farinac. dicta 9. 20. à n. 62. & August. Barbol. a allegat. 50. à n. 97. varie tam pro clericis, quam pro laicis pœna designatur. Sed has constitutions testatur Suar. lib. 1. cap. 7. n. 3. vbi non esse receptas. Quapropter in punitione huius enimius specienda sunt constitutions, & statuta ciuitatum, & maxime consuetudo recepta, & secundum eam iudicandum.

2. Si igitur blasphemia hereticis fuit quæ per Inquisitores punitur, debent sic delinquentes abiurare tanquam de hereti suscepit; & pro qualitate blasphemis debet esse abiuratio si deliquerit. Sapè, & leui carburatione ducti abiurant, tanquam de hereti vehementer suscepit. Si autem raro delinquentes, vel graui occasione ducti abiurant de levi si refutari. Eymeric. 2. p. direct. q. 41. num. 5. & 6. At Francie, Pugna ibi comm. 66. vers. ceterum, relato Simanch. & Ioann. Rops. testatur esse proximam receptam, si blasphemia atrociter, & illicet committens plebeus ducatur in publicum spectaculo alligata lingua, & myrram infame poterit, & flagellis cedatur, & in exilium mittatur. Quod si nobilis sit, sine myrra iudicatur, & in monasterium detrudatur ad certum tempus, pecuniariumque multam soluat, & quandoque compellatur ob suspicionem abiurare. In leuioribus autem blasphemis affirmat Inquisitorum iudicio relinquuntur. Regulanter tamen sic blasphemantem condemnari, vel aliquo de fello pallio, quod si pedibus, capite discoperto, & cum circulo ascenso, & chorada succinctus Missam audiat, quæ peracta pubicator eius delectio, & sententia condemnatoria, quæ solet esse aliquis multæ pecuniariæ, vel ciuiniorum.

3. At pro aliis blasphemis, si clericis, sic censio seruandam esse Constitutionem Pij V. pro prima vice, qua condemnatus fuerit, priuetur fructibus viuis anni cuiuscumque beneficij posselli: pro secunda, omnibus beneficij; pro terza, omnibus dignitaribus exiliis mutatur. Quod si nullum beneficium habuerit, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice multetur; pro secunda, carceris mancipatur; pro tercia, verbalerit degradetur, & ad tristrem mutatur. Si autem blasphemus laicus fuerit, regulariter pro prima vice lingua alligata in publicum dicatur, & in exilium mittatur; Pro secunda, verbalerit: pro tercia, tristrem addicetur. Si autem nobilis sit, & blasphemus nec nimis atrocies, neque frequentes fuerint, pœna pecuniaria multetur, & in exilium pro tercia vice mittatur. Vide Couart. cap. quamvis pactum de paciis, 1. p. §. 7. n. 11. & August. Barbol. 3. p. de pœnit. Episc. Allegat. 50. à n. 102. Pro blasphemis in sanctos omnes adiutant iudicis arbitrio pœnam telinqui, vt reliqui Concilium Lateranense, & Pius V. in sua constit.

4. Adiutorio iudicem in impositione pœnit pro hoc solito attenderi debet tum qualitatem blasphemie, tum frequentiam, tum occasionem, & ex illis augere, vel minuere pœnam poterit: eaque de causa plures graueles Doctores ex timore hanc pœnam arbitriariam esse, vt alii relatis docet Menoch. dictio lib. 2. de arbitrat. casu 375. n. 30. Iulius Clavis §. blasphemie, ver. sed quod, Farinac. q. 20. n. 66. Nunquam tamen exstimo esse occasionem minuendi pœnam, quod in illa proportiona inualuerit consuetudo blasphemandi: immo tunc existimat augendam esse pœnam, vt alii contineantur, & tales abusus, & corruptula extirpear, & conseruato enim quod est contra naturalem non excusat, sed accusat, vt alii relatis docet Farinac. c. 44.

5. Ea tamen erit sufficiens occasio non solum minuendi pœnam, ita vt leuissima, vel nulla imponatur, si delinquens incontinenti blasphemiam retractauerit, & amequam est loco dicenda, signa contritionis exhibeat, v. g. persecutus peccatis, rettam deofulerit, vel aliud quid faciat; quia tunc pœnam potest incon siderare, & indeliberate, fusile locutum, & ex latitudine lingue, potius quam ex animo blasphemiam pronouisse: si enim actione inuidiarum non teneat, & pœnam evitatur, qui alterum dehortentis incontinenti se retractat, vt pluribus fitmat Farinac. dictio quaf. 2. n. 59. à fornici excludandis est blasphemus, qui blasphemiam incontinenti retractavit: significans mihi cum Deo, quam cum hominibus agitur, vt bene ponderauit Farinac. n. 57. cum Arnold. Albert. tractat. de agno. affert. Cathol. & heretic. quaf. 28. n. 9. 13. & 14.

6. Denique

DE
ASTRO
PALA
TOM.
II.